

1667.

1. Hellendorffius, Georgius Fredericus : Programe quo
Fac. iuridica Georgio Frederico de Hellendorff honoris
juriis atriusque delulit.
2. Boeclerus Jo. Henr : Constitia imperii sine electio
successoris desorben te C. Cornelio Tacito / Histor
12 et seqq.
3. Velingk, Berthamus Theodorus : De contractu et
iure emphytentico
4. Herbart, Ioh. Christoph : De iudicis censorio
magis die Reg. Gerichts.
5. Hapfer, Iohann Paul : Regime concedendi re
miam actatis.
6. Lengart, Henricus : De antichresi
7. Mockel, Iohannes Casparus : Analysis Part C.
at S.C. Kelly.

1667

8. Brechtius, Uerius : De restituzione fidei commissorum
et imputatione proactegatorum in quatuor Tribellia-
nica et p. Tilia testamento 86 8. ad legem Traci-
diam

9. Rummelius, Antonius : De paena confinacionis
sive castigacionis domestici

10. Ribhan, Johannes : Controverssiarum iuridicarum
Illustrium septas.

11. ^{a. 27} Ribhanus, Johannes : De jure exactionis queritorum

12. Ribhan, Iohannes : De necessaria defensione

13. Ribhanus, Johannes : De collatione bonorum.

14. Reichard, Johannes Philippus : De incendio

15. Reichhelm, Christian Friedrich : De fide reapprova
conjugali domini cum vasallo et protectoris cum
cliente.


16. Riem, Gregorius : De legitima

1669

Heft

17. Schenckler, Johannes Paulus: De absentia
18. Simon, Johannes Henricus: De ratio
19. Stocker, Gerhardus, von: De legatis
20. Stocker, Richardus von: De servitibus regum.
21. Stoessens, Gottlieb: Innes specimen facti.
22. Stoessens, Gottlieb: De iure civitatis
23. Strauss, Conradus: De praescriptione delictorum
24. Uffenbachius, Ioh. Christopherus: De autochtina
ad l. ental. 13 ff. quod mel. caus. ejusq. parallelam
l. exercitores Tiff. ad l. lat. de vi Msi".
25. Wihel, Johannes Fridericus: Forum competitus e conti-
nentia causalae
26. Wihel, Riederius Jacobus: De nummis biblicis

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.



634.

30.

Q. B. V. D. O. M.
THESES JURIDICÆ
delineantes

1667. g.

234.

743.

P O E N A M CONFINATIONIS

sive
EXILII DOMESTICI,
maternâ lingua,

Die Straß des Behor=
fams/des Einlagers/ oder schwören
in das Haus/

Quas
SUB PRÆSIDIÒ SACROSANCTÆ TRINITATIS,

Decreto & Autoritate

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, ET AMPLISSI=
MI, IN CELEBERRIMA ARGENTORATENSIS REIP.
UNIVERSITATE, JURISCONSULTORUM
ORDINIS,

PRO LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores ritè

consequendi,

Placide Eruditorum disquisitioni

subiectis

Antonius Raumburger/

Ad diem 23. Decembr.

ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS PASTORII, ANNO M DC LXVII.

27.



D. A. C.

Benevolo Lectori Salutem.



Uod præter pristinam nostram intentionem contingit, sistere nunc cogimus praesenti Inaugurali disquisitioni hanc de Confinatione seu Exilio in domo, occ. sione l. 9. f. De interd. & releg. conscriptam delineationem, tantis inclusam angustiis. Cogimus, inquam, sed instanti itineres librariae supellestilis inopia, experientia majoris defectu. Äqui ergo bonique hoc, quicquid est, consules, à doctioribus doctiora postulaturus. Nobis sub Clementissimi Numinis auspicio oritur Thesis

*Etymol. cum
hemon.*

I. Poena an à *mīnū*, an verò à ponendo, vel pœnitenda dicatur, ad nos non adeò multum pertinet.

II. Accipitur à nobis in strictiori significatu, quatenus notat id, quod tantum delicti alicujus coercendi causa imponendum, vel exigendum venit.

III. Confinatio à confinare, hoc à Con & finare oritur. Finare autem quomodo à finis descendat, in dicatoribus vœcum relinquimus. Elegantiores nonnulli dicunt confinire, Confinatio.

IV. Simpliciter posita i. prædicatur de ipsa deportatione & relegatione in certum locum, vel in insulam :

Strictius 2. accepta denotat inclusionem in domum per modum prohibendi egressum irrogatam. Et ita nos capimus.

V. Exilium ab exulo, hoc ab exul. Exul autem an quasi ex solo dicatur, an verò aliunde, non multum sumus solliciti.

VI. Exilium i. latè acceptum includit relegationem & deportationem :

Stricte

Strictè 2. & quidem propriè tantum deportationem; impropriè vero relegationem tantum. Et tale exilium triplex est:
1. interdicto certorum locorum 2. lata fuga, id est omnium interdictio, præter unum 3. insulae vinculum.

Strictissimè 3. opponitur ipsi relegationi & deportationi.
Nobis exilium in secunda & strictiori significatione hic accipiatur; non tamen, ut omnes ejus species, sive gradus complectantur.

VII. Restringimus exilium per voces in domo, ad certam speciem. Domus autem nobis 1. non capitur in ea latitudine, prout vel denotat locum, ubi quis habet domicilium originem; vel etiam, ut notat familiam integrum:

Neque tamen 2. in iis angustiis, quatenus opponitur ~~ad~~
dibus:

Sed 3. quatenus significat corpus quoddam artificiosum
immobile, plurium corporum coagmentatione ad habitandum
destinatum.

VIII. Proponimus igitur illam pœnam, quæ à nonnullis *synonymis*,
alio nomine solet dici Affinatio, Gislatio, Interdictio, Districtus,
Carcer in domo, Exilium in domo, Condemnatio ne domo pro-
cedat &c. maternâ lingvâ die Straf des Gehorsams / des Einla-
gers / oder schwören in das Haus. Posset etiam dici die Verdam-
mung / Verstreibung / Bannung in das Haus.

IX. Hinc voces confinatus (aliis confinitus) affinatus, *paronymi*,
gislatus, is cui domus pro carcere adsignata, in hac materia oc-
currunt.

X. Est autem nobis pœna Confinationis sive Exilij in *Dēfū. rei.*
domo, pœna, quæ quis condemnatur, ne de domo procedat, ab
eo, cui jus ita condemnandi competit.

Neque contrariatur 1. l. 71. ff. de condit. & dem.

2. l. 3. in fin. & l. 13. ff. de offic. praefid.

3. Grot. de Jur. Bell. & Pac. lib. 2. c. 20. n. I.

4. Baldi autoritas, in cap. quintavallis col. 1. X. de jurejur.

XI. Possunt verò hujus pœnae divisiones desumi *Divis.*

1. ex th. XV. ejusdemque singulis membris :

2. ex th. XXII. & illius partibus singulis :

3. ex gradibus hujus pœnae: Aliud enim exilium est in domo
universa, aliud in certa tantum ejus parte. XII.O-

*Causa effe.
princ. remota*

XII. Originem ejus, ut aliarum pœnarum, in thesi referimus ad jus Naturæ: Approbat eandem jus civile. Prima verò ejus applicatio, neque in Judaicis, neque in Romanis monumentis satis certa hactenus videtur constituta.

Nec quoad Judaicam historiam obstat i. exemplum Rahab Jof. 2. v. 18. 19.

2. exemplum Absolomi 2. Sam. 14. v. 24.

3. Adonias 1. Reg. 1. v. 53.

4. Abiatharis 1. Reg. 2. v. 26.

5. Semei 1. Reg. 2. v. 36.

Nec quoad Romanam historiam obest i. exemplum C. Marij apud Valer. Max. I. 2. c. 10. n. 6. Vell. Patrc. lib. 2. c. 19.

2. Gallionis apud Tacit. 6. Annal. c. 3.

3. Equitis illius Romani apud Sveton. in Aug. cap. 24.

Nisi forsitan hoc denique spectet exemplum insigneJulie apud Sveton. in Tib. c. 50. Ibi tamen primam hujus pœnae mentionem fieri, vix afferemus: præsertim, cum etiam in consilio, quod Livia Augusto suppeditat apud Dion. lib. 55. videatur aliqua hujus pœnae memoria occurrere.

XIII. Vigore potestatis eminentioris, seu superioris, hanc pœnam exigunt illi, penes quos in Republica summa est Potestas. In nostro imperio vigore potestatis eminentioris id agunt: Status imperij:

1. Imperator,

2. Electores,

3. Principes,

4. Civitates imperiales.

XIV. Deinde vigore potestatis ministerialis exigunt, (non tamen indistinctè) illi, quibus speciali lege, Senatus Consulto, vel ejus, qui summam habet potestatem, indulto, hoc jus competit: quales in jure Romano occurunt e. g.

1. Praefectus Prætorio

2. Praefectus Urbi

3. Proconsules

4. Praefides

Hodie vel præscriptione, vel speciali ejus, qui summam habet

Præpinqua

*Causa instrum.
nobilior.*

5.

bet potestatem, in dultu opus esse statuimus. Et nec hodie me-
tum imperium dicimus esse delegabile, neque haec tenus jus ca-
nonicum differre.

Non obstat 1. art. 2. constit. crim.

2. cap. fin. ne cler. vel monach. sec. neg.

3. cap. in archiepiscopatu de raptor.

4. clem. t. §. 1. de heret.

XV. Succedit id, quo mediante haec poena exercetur, do-
mus scilicet per quam quid velimus intelligi, appetet ex thes.
VII. n. 3.

Nec obest 1. 18. ff. de in jus voc.

Non autem referre videtur 1. an domus illa propria sit con-
demnata; an aliena; modò in eam jus fit infligenti:

2. an sit delinquenti propria dominio vero, an ficto:

3. An libera omnino, an vero affecta servitute reali:

4. An ad reum spectet jure emphyteuseos, superficie, vel ser-
vitutis personalis

5. An sit locata conductave:

Nec obst. 1. l. 74. ff. de R. I.

2. l. 9. in verb. sua ff. de interd. & releg.

6. An sit in civitate originis, domiciliive, an vero alibi. Alibi
vero, vel in insula, vel in continentia.

Tandem 7. non excludimus ab hac poena molendinum, sub
distinctione tamen.

XVI. Intrinsecus porrò moventur infligentes ad irrogan-
dam hanc poenam 1. mandatorum divinorum religionem

*Impuls. pro-
sum.*

2. Interiori Justitia amore

3. Officij demandati cura &c.

XVII. Extrinsecus movet delictum à reo commissum, quod *Procedatur.*
quale esse debeat, prudentis judicis arbitrio censendum relin-
quimus. Si tamen cuiquam ex natura hujus poenae aliquos fal-
tum limites determinare luberet, non repugnaremus forsitan, si
ita procederet:

1. Ubi delictum, quod est infra relegationis poenam, commis-
sum vix alibi, quam in conventibus & congressibus locum ha-
beret, haec ipsa pena forsitan non esset inconveniens.

2. Si relegatio delicto prafixa, reo, cuius emendatio inten-
deretur,

deretur, magis esset nocitura, hæc pœna forsitan non ineptè applicaretur.

3. Si relegatio delicto præstituta, in hypothesi obvenienti v. gr. ob delinquentis liberorum multitudinem, gravior existeret.

4. Si relegatio delicto esset statuta, reus autem talis, quem è civitate pulsum deberet metuere Respublica.

5. Si pœna carceris legibus esset sancita, dignitas tamen persona singularis mitigationem svaderet.

6. Si crimen non sat is esset probatum, graves tamen conjecture svaderent, reum tantum ab instantia absolvi ex mente quorundam Dd.

7. Si gratia fieret delicto graviori, atque delinquens, positis terminis habilibus in loco iudicij commoraturus esset.

8. Ubicumque tandem personæ alicujus præsentia, & cum alijs conversatio, scandalo esset futura.

XVIII. Infligitur autem hæc ipsa pœna, sicuti alia quoq;

1. Ob securitatem & quietem Reipublicæ:

2. Ob emendationem ipsius delinquentis:

3. Ob vindictam violationis legum:

4. Ob solatium læsorum, sub certo tamen modo:

Aliquando denique ob scandali remotionem.

Materia sub-
iecta,

XIX. Affligitur hæc pœna delinquens, qui tale commisit delictum, quod judex hac pœnâ dignum arbitratur. Non refert 1. an personæ sint nobiles, an verò plebejæ:

Non obest 1. ff. de custod. reor.

2. Clerici sunt, an seculares:

3. Mares, an feminæ:

Non obest Nov. 134. c. 9. inde que desumpta auth. hodie novo jure C. de custod. reor.

4. Non excludimus hinc ullam ætatem, ne quidem minor, si tamen in eam cadere possit pœna arbitraria. Quia potius hanc pœnam præ aliis in tali hypothesi commendamus.

Forma ratione
infligent.

XX. Forma consitit in legitima interdictione, ne reus de domo procedat, sed in eadem vel semper, vel ad certum tempus maneat, idque pœna causa. Ut autem legitima sit condemnatio, instruenda debet esse iis requisitis, quæ alias ad sententia legali.

7

galitatem requiruntur, de quibus commentatores ad tit. de re
jud. Inter ea raimen requisita in hac materia pœnariū, vel quoad
se & suum delictum, vel quoad invicem consideratarum, non re-
centemus proportionem.

Non obſt. i. Aristot. lib. 5. Eth. Nic. c. 2.

2. c. 5. de pœn. in 6.

3. l. 31. ff. ad l. Cornel. de falf. junct. l. 11. ff. de pœn.

XXI. A parte excipientis forma consistit in actuali *Excipientia.*
ptione & perpeſſione hujus interdictionis, molestiam ex se &
fua natura producere apta.

XXII. Condemnatur autem reuis 1. vel simpliciter, vel sub *Adjuncta vel
modo quodam arctiori.* Hic verò oritur vel ob additos fidejuf- *forma extera-*
foræ, ubi non obſt. i. l. 15. ff. qui fatid. cog.

2. l. 71. §. 2. ff. de condit. & dem.

Pignorave: vel ob adjunctum jurandum.

2. Condemnatur vel non præfixâ certâ pœnâ in casum vio-
lationis, vel tali pœnâ præfixâ.

3. Condemnatur vel temporis nullâ additâ mentione, vel a-
liquâ additâ. Mentio autem temporis sit vel definitè, vel in-
definitè: Definitè rursus vel sub certo tempore. gr. sub tempo-
re turbarum incendijs, conventuum publicorum, concionum
&c. vel ad certum tempus v. gr. ad 10. annos. Indefinitè vel sim-
pliciter, vel secundum quid: v. gr. quamdiu voluero.

XXIII. Oritur 1. ex hujus pœna infiſtione nexus ſive vin-
culum, domi, reum manere cogens, pro ratione diverſi modi, ex- *Effectus expli-*
plicandi in th. XXVII.

Non officit i. l. 8. §. 9. ff. de pœn. junct. l. 9. & 10. ff. ex quibus
cauſis maj. item l. 48. ff. de V. S.

2. l. 35. ff. de pœn. junct. l. 48. ff. V. S.

3. l. 71. §. 2. ff. de condit. & dem. l. 2. ff. de lib. hom. exhib.
& excludens reum curiâ, templis, omnibus locis & conventibus
publicis ordinariè &c.

2. Irrogat haec pœna infamiam, non tamen indiſtinctè.

Non obſt. l. 1. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.

2. l. 22. ff. de hiſ qui not. infam.

XXIV. Non auferit haec pœna jus civitatis & inde depen- *Per mejer.*
dentia, adeoque condemnatus retinet *i. Jus*

1. Jus legitimi matrimonij,
2. Patriæ potestatis,
3. Tutelæ,
4. Testamenti factionis.
Non obst. l. 71. §. 2. ff. de condit. & dem. l. 2. ff. de lib. hom. exhib. l. 13. ff. qui testam. fac. poss.
5. Jus successionis activè & passivè,
6. Contractuum civilium,
Non obst. l. 22. ff. quod met. caus. junct. l. 11. ff. ex quibus caus. maj.
7. Non est immunitis ab oneribus civilibus, sub certa tamen distinctione ea præstat.
8. Tandem non prohibetur vocari in jus.
Non obst. l. 2. ff. de in jus voc.

Interpretatio.

- XXV. 1. Domō egredi prohibitum, alij accedere non videntur prohibiti.
2. Neque Doctor confinatus privatim quosdam informare prohibitus videtur.
 3. Neque in domum condemnatus, excedere in hortum domo junctū vetari videtur.
 - Non obst. c. statutum 22. de elect. in 6. junct. l. 1. §. 2. ff. de aleat.

Affinia.

- XXVI. Ad affinia referimus
1. Condemnationem in navem ad habitandi usum paratam,
 2. Domum propriam causā custodiæ assignatam,
 3. Obstagi pæcum extraordinarium in domum debitoris,
 4. Confinationem ob eminentiam,
 5. Arrestum personale,
 6. Repressalias personales,
 7. Exemplum Rahab Jos. 2. v. 18. 19.
 8. Domum propriam carcerem,
 9. Inclusionem in villam, concessam olim parentibus, patro-
nis, dominis,
 10. Particidarum in domum suam ad annum inclusionem,
 11. Custodiā militarem,
 12. Obstagium ordinatum,

13. Con-

13. Consuetudinem apud Batavos, die Gyselinge dictans
14. Detrusionem in monasterium,
15. Liberam custodiam apud Romanos,
16. Jus obsidij seu obsidatus,
17. Carcerem publicum, & privatum,
18. Inclusionem in civitatem, vel provinciam, vulgo Baile

zehend/

19. Insulae vinculum
20. Deportationem.

XXVII. Poena hæc ratione in flagentis vel rectè, vel non contraria ratione
in flagentis.
rectè se habet: Si rectè se habeat, non finitur, nisi eam finiri voluerit in flagens. Hæc autem voluntas 1. vel est expressa, vel non est expressa. Exprimitur verò vel in ipsa condemnatione, vel post eam. Utrumque fit vel adjecto tempore, vel non adjecto: Tempore autem, vel certo, vel incerto.

2. Ubi condemnatio ad certum tempus fuerit restricta v. gr. ad 10. annos, adveniente tempore, absque in flagentis indultu specialiori, egredi licet.

Non obest l. 44. ff. de oblig. & Aktion.

3. Ubi verò condemnatio ad incertum tempus est restricta, tum illud tempus vel est omnino incertum, vel suspensum à iudicis voluntate.

4. Tempus omnino incertum si adiectum sit condemnatio, nisi illud expectandum est, eoque adveniente, rursus specialiori indultu ad liberationem non est opus.

5. Tempus à iudicis voluntate suspensum, vel penderet à simplici iudicis voluntate, vel relata ad emendationem rei.

6. Suspensa poena à voluntate iudicis simplici e. gr. quamdiu volueret, pertinet ad extremum iudicis spiritum, nec nisi morte eius finitur regulariter.

Non obest l. 67. ff. de judic.

7. Suspensa verò à voluntate iudicis, quæ ad emendationem delinquentis se refert, non finitur, nisi per subsequentem iudicis declarationem.

8. Post inflictionem si voluntas in flagentis poenam tollat, fit illud plerumque per gratiam. Atque talis voluntas tribuitur B principi,

Principi, eique, qui suminam habet potestatem vel verè, vel analogice.

9. Si non sit expressa voluntas ratione durationis hujus pœnae, tum vel ne quidem in genere mentio temporis facta est, & durat pœna in perpetuum.

Non obſt. l. 23. ff. de pœn.

10. Vel temporis in genere, non autem determinatè facta est mentio, & durat pœna ad annos 10.

Non obſt. l. 10. C. de pœn.

(mix.

11. Non tamen idem indistinctè asserimus de duratione infamie.

12. Non definit hæc pœna cessante officio infligentis.

Non obſt. l. ult. ff. de pœn.

Tandem, si ratione infligentis poena se non rectè habeat, e. gr. si infligens non habuerit jus, infligendi, tum de jure plane non habet effectum.

XXVIII. Porro ratione ejus, qui condemnatus est, cessat hic nexus penalitatis vel in tantum, vel in totum. Intantum i. si necessitas inevitabilis ratione condemnati cogat eum domo excedere e. gr. ignis, inundationis aquatum, ruinae, pestis ipsam domum confinati afflignantis &c. Nec tamen hæc omnia sine distinctione affligeremus.

Vel 2. si necessitas inevitabilis proximum concernat e. gr. si parens, vel liberus ejus, qui in domum condemnatus est, constituantur in periculis extremis, & nemo præter eū succurrere possit.

3. Si justa causa existat credulitatis, se liberatum creditis, v. gr. si nuncio magistratus id, nomine magistratus nuncianti, creditat.

In totum cessat denique per mortem condemnati.

Pernegat. XXIX. Non cessat è contrario, sed vel violatur nexus omnino, si condemnatus dolo malo aufugiat, quo casu vel est præfinita certa pœna, vel non est præfinita.

1. Si præfinita est, illa servabitur:

2. Ubi non est præfinita, & reus fuerit condemnatus in decennium, duplicabitur secundum jus civile residuum tempus post violationem regulariter.

Non obſt. l. 4. ff. de pœn.

3. Ubi

3. Ubi verò ultra decennium quis condemnatus est, vel duplicitatio temporis à violatione residui decennium excessura est, perpetua interrogabitur inclusio.

Non obstat. I. l. 10. C. de episc. & cler.

2. l. 1. pr. ff. de effractor.

4. Quod si perpetuam tandem inclusionem violaverit, deportatio forsitan locum sibi vindicat secundum jus civile. Hodie hec omnia ad arbitrium judicis, si pena in lenitentia non fuerit praefixa, referenda videntur; excepto forte casu, ubi iusjurandum quoque est violatum.

5. Eadem pena videntur praefixa, ubi condemnatus domum non fuerit ingressus, quæ sunt in casibus antea enumeratis.

Non tamen 6. id, quod de dolo affirmamus, pariter de lata culpa obtinebit; quo aliam referimus casum, ubi quis temerè abi- erit, licet animo redeundi.

XXX. Vel nexus non omnino violatur, etiam quoad penam 1. si quis conatus tantum sit egredi, non autem egressus:

2. Si sua sponte redierit:

Non obstat. I. 17. §. 1. de adul. edit. I. 65. ff. de furt. & l. pen. ff. de v. bon. rapt.

3. Si culpâ quâdam egressus sit.

XXXI. Militat adversus hanc penam 1. prescriptio vi- cennialis regulariter. Vix tamen in casibus hujus penarum extraordi- nariis prescriptum erit inquisitioni.

*Contra ratione
infliction.*

2. Remedium nullitatis.

3. Beneficium appellationis de jure civili.

Non obstat. I. 244. ff. de V. S.

Dodecas Corollariorum, ne quid vacet, adjecta.

I.

POEnarum, etiam capitalium, executionem non pugnare cum jure divino affiramus.

II. Imò severè earum executio magistratibus injungi-
tur.

B. 3.

III. Neg.

III. Neg, tamen earum determinatio specifica ac individualis ex eo jure videtur desumenda.

IV. Hinc furti pœna hodie in certis casibus capitalis, ex eo capite, quas scilicet divino juri esset incognita, non est damnanda.

V. Nec verum videtur illud, quo asseritur, pœnam in Republ. Judaica non capitalem, non posse hodie mutari in capitalem.

VI. Non obstante, quod leges forenses Judaicae, etiam quâ tales, in nostra Rep. propriè non sint abrogatae.

VII. Non recte asseritur, judicem secundum scientiam, non vero secundum acta probata judicare debere.

VIII. Non debet vero is infligere pœnam, ubi nulla est culpa.

IX. Neg, universaliter probamus, omnium criminum graviorum, cum sua vindicta publica, per signa quædam superstitem memoriam.

X. Jus concedendæ venia delicto, neg, divino, neg, civili juri contrariatur.

XI. Exiliq, incivitate originis, domiciliive (cujus etiam mentionem injicit Ordin. crim. Caroli V.) originem vel occasionem, imperio Claudi non asserimus.

XII. Deportationis, quæ in locum aquæ & ignis interditionis succedit, originem Augusti imperio vindicamus.

DEO GLORIA.



Strassburg, Diss., 1667

X.22842.98

KDNA





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Farbkarte #13

Green

Cyan

Blue

Inches

Centimetres

Q. B. V. D. O. M.
ESES JURIDICÆ
delineantes

26679.

30.

DENAM INFINATIONIS

sive
KILII DOMESTICI,
maternâlinguâ,

Strass des Behor-
es Einlagers/ oder schwören
in das Haus/

Quas
SACROSANCTÆ TRINITATIS,

Decreto & Autoritate
CI, NOBILISSIMI, ET AMPLISSI-
EBERRIMA ARGENTORATENSIS REIP.
VERSITATE, JURISCONSULTORUM
ORDINIS,

RO LICENTIA

in mos in Utroque Jure Honores ritè
consequendi,

Placide Eruditorum disquisitioni
subiecte

Antonius Raumburger /

Ad diem 23. Decembr.

ARGENTORATI,

HANNIS PASTORII, ANNO M DC LXVII.

27.